

AD
LAURUM POETICAM
M. HENRIC-IULI STRUBI,
VVOLFERBYT. SAX.

Quam
Magnificus & splendidus VIR,
IOHANNES GEORGI-
US GODELMANUS, JCTUS,
Comes Palatinus, Serenissimi Principis,
Electoris Sax. &c.

CONSILIARIUS ET LEGATUS:

Vicario & Interprete

FRIDERICO TAUBMANO,
Franco, Poëta & Professore Publico,

CONFEREBAT
Calend. Septembr. Jul. Anno Christi-
ano CL. LXXVIII.

VVITTEBERGÆ,
Excudebat Johann. Gormanus,
ANNO M.DC. IX.

C-27

47



IOHANNES GEORGI-
US GÖDELMANNUS, LE-
gum Doctor, Sacri Latera-
nensis Palatij, Aulæq; Cæ-
sareæ, & Imperialis Con-
sistorij Comes;

*Virtute & Eruditione præstanti
Juveni,*

M. HENRICO JULIO STRUBIO,
VVOLFERBYTANO SAXONI,
S. D.

VITTEBERGÆ,

Excudebat Johann. Gornmannus,

ANNO M.D.C. IX.

SAPIENTISSIMA ANTI-
quitas non minus scite, quam prudenter
quondam sanxit, ut omnes illi, qui singu-
laribus virtutis ornamentis alios ante-
cellunt, singularibus quoque Privilegijs
ornarentur, & ad sublimium honorum fastigia sub-
vecti, alijs praeponerentur. Ex quo fonte, ceteris o-
missis, mos etiam ille praecclarus apud Romanos proma-
navit, ut eorum belli Imperatores, de victis hostibus,
magna, tam militum, quam captorum caterva stipa-
ti, curru eburneo, ad quem vel Leones, vel Equi can-
didi juncti erant, vecti, Laureâque coronâ in capite
cincti, & Romam ingressi, per compita urbis Capitoli-
um peterent. Hanc cum bene de Repub. meritis a-
gendi rationem, posteaquam Imperatores latius ex-
tenderunt, & sub Musarum etiam castris strenuè
militantibus communem esse voluerunt: permissum
est, ut Sacrae etiam Poeseos cultores, aliquam eximij
illius honoris partem sumerent, & praeter ipsos Lau-
reis fertis nemo quisquam redimiretur, cum ob pra-
clarum Virtutis studium; tum ob Heroicum gran-
demque stylum, quo res Caesarum atque Heroum illi con-
scribunt, & immortalitati commendant. Ex quo
facile apparet de gravium atque ingeniosorum Poeta-
rum dignitate longè aliter, ac imperitum vulgus esti-
mat, judicandum esse.

Quâ de causâ, cum Serenissimus Princeps ac
Dominus, RUDOLPHUS II. IMPERATOR

*semper-Augustus, singulari quodam munificentia
gratiaq; ductu, motu proprio, plenaria Cesare & Maje-
statis potestate, Palatinatus Comitatus splendore ad-
modum clementer concesso, inter cetera Privilegia,
hanc etiam dignitatem potestatemq;, vultu planè be-
nignissimo, mibi tradiderit, ut Poëtas creare possim,
Lauream ipsis impertiendo: quemadmodum Diplo-
ma Cesareum, hac de re scriptum, quod in calce sic habet:
1597. Datum in arce nostrâ Regiâ Prage, ANNO nonagesimo
septimo, Regnorum nostrorum, Romani, vice simo ter-
tio: Hungarici vice simo quinto, & Bohemici itidem
vice simo tertio: propriâ Sacr. Ces. Majestatis Manu
subsignatû: & paulò inferius: Ad Mandatum Sacre
Cesare & Majestatis proprium, Johan: Barvitius D.
demumq;, annexum majoris forme Sigillum Cesare-
um, id ipsum exquisitè confirmant:*

Egoq; non solum ex commendatione & judicio
Clarissimi Viri, FRIDERICI TAUBMANI,
Sereniss. Electoris Saxonie, Domini nostri clemētissi-
mi, Archipoëta, & in Acad. VVittebergenfi Profes-
oris; sed etiam ex tuis ipsius carminibus, que ille sub-
misit, didicerim, te, M. HENRICE JULI
STRUBI, non solum felicitate ingenij præstare;
sed & à Naturâ ad Poëticen factum, in eâq; tam Græ-
câ quàm Latinâ; atq; adeò in reliquis etiâ Humanita-
tis, & universæ Philosophiæ studiis, eximie profecisse:
existimavi, tam præclarum Virtutis & Doctrinæ spe-
ctamen, insigni aliquo Ornamento decorandum esse.
Quamob-

Quamobrem motu proprio, ex certâ scientiâ animoq;
benè deliberato, & autoritate eâ, quæ à Sacrà Cæ-
sareâ Majestate mihi data est, te M. HENRIC-
L I U M STRUB I U M, Interprete & Optione,
T A L B M A N O nostro, P O Æ T A M L A U R E A
T U M creo & renuncio: Poëticaq; Laurea Coronâ,
titulis & decore insignio: ut ex hoc tempore in futu-
rum, ubiq; absq; omni impedimento & contradictione,
liberum tibi sit, in Artis Poëtica scientiâ legere, repe-
tere, scribere, disputare, interpretari & commenta-
ri, & ceteros Actus Poeticos gerere atq; exercere,
quos ceteri Poëta & Lauru Poëtica redimiti gerunt
atq; exercent, omnibusq; Ornamentis, Insignibus, Pri-
vilegiis, Prærogativis, Exemptionibus, Libertatibus,
Concessionibus, Honoribus, Præeminentiis, Favoribus
& Indultis uti, frui, potiri & gaudere, quibus ubi-
vis gentium, quomodo libet, jure & consuetudine gau-
dent, fruuntur & utuntur ceteri Poëta Laureati,
quos vel ipsi Imperatores & Reges Romani, vel
ab iisdem hanc potestatem nacti, creârunt. Id quod
harum literarum, Manus meæ subscriptione, & Sigil-
li mei appensione munitarum, testimonio planissime
confirmo. P R A G Æ, Calend. August. ANNO,
ultima D E I patientiæ, Mille simo, sexcen-
tesimo octavo.



A · D
HENRIC-IULIUM
STRUBIUM, VVOLFERYT.
SAXONEM:
PHILOSOPHIÆ MAGISTRUM,
E T
POETAM LAUREATUM
CÆSAREUM.



TQVAMVIS investis adhuc freta prima juventæ
Expedias, STRUBIÆ Gentis herile decus:
In LAURUM tamen & laudem maturus abisti.
Quis MENTEM è mento barbitioq; probet?
Qui Capitolino princeps in agone POETAM
Fronde CORONAVIT Cæsar Apollineâ,
Nec Puero invidit quandoque hoc germen. Et istam
In fortè ætatem spiritus armat epos.
Tu Genio studioque modum transcendis & annos:
Fitq; Adolescentis debita palma Seni.
Scit Phœbus, CÆSAR que sui scit & Optio Phœbi,
Te meritum Capiti LAUREA SERTA tuo.
GODELMANNA fides donum hoc à Cæsare misit:
Missum lemniscis Uranie implicuit;
URANIE meliorum animæ nutricula VATUM:
Et dixit: STRUBIO DETUR. Et (ecce!) datum est.
Adfere quæsitum tanto tibi iudice fastum.

Quæ datur OB MERITUM palma, gerenda datur.

VVittebergæ facièb. CALEND. SEPTEMBRIJ. JUL.

Anno Christiano cIo. Ioc. VIII.

FRID. TAUBMANUS FRANCUS:
Poëta & Professor.

Reverendo & doctissimo Viro, Dn.

M. IOHANNI STRUBIO,

Pastori Bockenemensis Ecclesiae, & vicinarum Superintendententi generali, compatri meo colendo,

DE filij novo honore, Reverende Domine Superintendens, magis autem de ingenio & industriae tibi gratulor. Versus scribere, nec per aetatem, nec per occupationes licet. Effudi autem inter medias curas & occupationes, carmen hoc inconditum, quod premi quam imprimi malle.

De ejusdem filij tui promotione non est quod sis sollicitus. Nam non ita pridem illustriss. noster Princeps in mandatis nobis dedit, ut eorum adolescentum, qui & ingenio & eruditione excellunt, vel in primis rationem habeamus, hoc tempore, quo veritas ab ingeniosissimis hostibus, magnis conatibus oppugnatur, & dei & civis quilibet, ut Pauli verbo utar. Quam quidem ad rem, non solum ingenio, sed etiam artium adminiculis, ante omnia vero solidam sacrarum literarum cognitione opus est. His, ut filius animum excolere, & ex-polire pergat, crebris admonitionibus urgebis. Notus tibi est elegantissimus Poeta versus:

Acer & ad palmam per se cursurus honores,
Si tamen horteris, fortius ibit equus.

Sed

*Sed hæc, ut dixi, non uno curarum genere distractus
abrumpo. Deus in his etiam confusionibus sanctum
semen nobis relinquat. Vale. 8. Id. Feb. 1609.*

A D

M. HENRIC-JULIUM STRUBIUM
P. L.

MACTE novâ, juvenis, virtute; parentis aviq;
Exæqua laudes, quin potius supera,
Utriusq; viget, plantata Ecclesia, voce;
Tu Christi sævos, à grege, pelle lupos.
Tum tribuet palmam tibi non invitus uterq;
Tum tua quàm patrum gloria major erit.
Vincere avum & patrem verâ virtute decorum est.
Me, rogo, sic vincat filius atque nepos.

Basilius Satler D.

HENRICE JULI, tertium decus tuæ
Stirpis, parenti avoq; quàm simillime;
Maacte emulatione tali, & hoc age,
Age unicum hoc, utrumq; vincere ut queas.
Non invidebunt illius manes pij:
Victus nec hic dolebit esse à filio.
Magni parentes educant rarò bonos:
Tu natus optimis studes esse optimus.

Henricus Meibomius, Poeta &
Historicus, Acad. Juliae Professor,
& pro tempore Pro-Rector. f.

Accipe

ACCIPE, Caesareo decerptam nuper in horto,
Laureolam, vatum flos generose, STRUBL.

Hanc tua felici meruere anagrammata versu;

Quam tibi jam pridem Musa minata fuit.

Magnum est, & dignum laude est, audire Poetam;

Majus at, in versu carminis esse piūm.

Tu sed utrinque facis doctiq; pijq; Poetae

Officium; laudis esto ea summa tua.

Perge modò: studijs sacris incumbere perge:

Iam tibiserta rosâ de meliore virent.

Fridericus Balduinus D.

HOS, Errice tua Juli spes gentis, honores

Deberi dudum vidit Apollo tibi.

Jamq; patescebat vis indolis illa tua, cum

Prima salutare limina Pieridum.

Perge decus Praceptorum, laus perge Parentum,

Exemplisq; satum te Patre vate doce.

Henricus Petreus, U. J. D.

MAGNA fuit prisca doctrinae gratia seclis,

Magna Poetarum gloria lausq; fuit.

Nunc, quanto utilior, tanto contemptior ars est,

Spreta jacet virtus, spretus & artis honos.

Mundus quærit opes, & vanos quærit honores,

Quod prodest tantum, & sordida lucra probat.

B

Nil

Nil tu judicijs, STRUBI, moveare sinistris,
Musa Dei in laudes quando parata tua est.
Nobile namq; Dei donum est numerosa Poesis,
Cui, modò sit sanus, nemo inimicus erit.
Musa tibi meritos igitur decernit honores,
Præmia chara tibi, gaudia magna Patri.
Perge ita cum docto juvenis certare Parente,
Olim ut sis patriæ firma columna domus.
Perge ita magno animo, rumpatur ut ilia CODRO,
Ut sis Guelphiaci lumen honosq; soli.

M. Henricus Schelen Superintenden-
dens specialis & Pastor in Badkenster F.

Magnus Alexander, toto qui claruit orbe,
Dicitur edicto quondam vetuisse severo,
Nemo suam faciem depingere, præter Apellem,
Præter Pyrgotelem, nitidis insculpere gemmis,
Præter Lysippum, fluidis conflare metallis,
Unquam tentaret; Nec mirum: Heroica facta
Præconi indigno non committenda libenter;
Cum magnos celebrare viros non infima laus sit.

Tu quid ad hæc Strubi? cui summum Numen ami-
cum est.

Tu quid ad hæc Strubi? celebrat quam sacra Poesis.
Tu quid ad hæc Strubi? quem virtus ipsa coronat.
Virtutem ut maneant præconia digna, precamur,
Ædituos habeas cum laude superstite tales,
Dignè pro meritis, qui possint pingere laudes.

Et

Et faciant hæc apparere Nepotibus acta.
 Sed frustra optamus: Quis enim vocat irrevocados?
 Interea pietas & acuta scientia rerum,
 Moribus aucta bonis, te magnificabit in orbe.
 Cinxit Aristoteles dudum tua tempora lauro,
 Teq; Magisterij titulo decoravit honesto.
 Huic hederam superimposuit jucunda Poësis,
 Quam meruere tibi tua docta Poëmata, Strubi,
 Nos, tenui Musâ ne splendida facta linamus,
 Nil nisi vota damus; veniant letissima que vis:
 Perpetuò vernet tua circum tempora laurus.
 Terminus hic voti; votis DEUS annue nostris.

Amico suo intimo meritò gratulabatur
 Matthias Ioannis Medelfarden-
 sis, Danus.

ANAGRAMMATISMI TRES.

1. Hebraicus.

מגסטור הנריק-ויליוס שטרובי
 הן מוסרי ירפס וישגב טור לטי :

Ecce Eruditio elevavit & extulit ordinē absconfionis meæ.

2. Syriacus:

מלפננ הנרוק ויליוס אסטרוכבי
 מנ סכורו סנאין טלי ירוף הי רפנ :

Ergo obtumescite osores: vos v. juvenes discite similia.

3. Græcus.

Διδάσκαλ⊙ Ενήν⊙ Ιάλι⊙ Σιράνι⊙ Ποιητής.
 Τέτις πύλας διδωσι ρό⊙ ασκήσι⊙ έλικρινής.

Aditum verò præbet huc assidua exercitatio.

Τρία φέρω τρισῶν γλωσσῶν ἀναγράμματα ἰδῶ,
Πλήσματα σὺ τέτων ἐοῦλε Ποιητὰ ποίει.

M. Christophorus Crinesius,

Schlaccouvaldo Bohemus.

LAUREA, STRUBLADE, de rupe bivertice Pindi
Profit, laurigero LAUREA digno Viro!
Cresce, vigesce, vegesce, adolesce, valesce, capesse,
Quos tuus emeruit, dona secunda, Labos.
Maeste tui fervore animi, vigor utilis annis
Spem facit, incassum non fore dona animi.
Laurus ut ex culto crescit genialis in horto,
Et semper viridi frundet amicta comâ:
Sic tibi succrescant fame potioris honores:
Gloria quum Genij fiet adulta tui.
O Te felicem, TAUBMANO iudice, qui nunc
Digna Poetarum fronte brabia refers?
Prestat, TAUBMANO vatem esse à VATE creatum,
Ipso quam Phæbo vate Poëta cani.
Rege Poëtarum, HUNC, terris abeunte MELISSO,
FRANCIA nunc merito jactat honore suum.
Sed dixi: Profint tibi STRUBI Laurea ferta, &
Nominis aucte novo lemme, porrò VAL E.

Honoris & Amoris ergò ἐχέδιαζε

M. Johannes V Vilcover

Ratisbonensis Musicola ad

Albim.

HEN-

HENNERICHUS JULIUS STRUBIUS, SAXO,
ARTIUM MAGISTER, POETA CORONATUS.

ἀναγρᾶμματις εἰς

ITU NUNC, ET AI, SAXUM EST:
HIC RE SOPHOS: BONIS GRATUS:
LAURU OVAT:
MIRERIS!

I Tu nunc, & ai; Saxum est Saxo: Sophos hic est
Saxo, meus STRUBIUS, quem mihi junxit Amor.
Nec tantum titulo, (ut multi) sed Re Sophos hic est;
Ipsum non dici, sed magis Esse juvat.
Ob dotes animi eximias, morumq; nitorem,
Omnibus est *gratus*, qui bonus ipse, *bonis*.
Nec studijs eius sua desunt præmia: *Lauru*
Nam duplici à Phæbo condecoratus *ovat*.
Isthæc *mireris*, mecum & bona quæq; *preceris*
HENNERICHO STRUBIO, quem mihi junxit Amor.

*Hoc quale quale, amoris certè non fucati
symbolon dedit Imq; Viteb. Cal. Maij,*

A. 1609.

Paulus Gesnerus, Boleslaviâ
Silesius.

Quis Phæbus, Comitesq; novæ, volitare per auras,
Ingenio magnis, doctrinæ dotibus auctis,
dant superas, famâq; omni clarescere in orbe,
Qui miratur, amat, merito & veneratur honore,

B 3

occupat

occupat hic primos ad Pallados arcem.

At horum si docta premas vestigia, gressu
emulus instanti, major mox copia doni
Palladij surget, majoraq; munera laudum.

Quin ante ire datum si sit, nec feceris: ultra
Sauromatas fugias, vel nigra litora Thules.

Sic Tua mens, sic vox, mutari nescia, docte
STRUBIADE, ante annos animum, curasq; viriles
qui geris, Aonidum non ultima fama sororum.

Leucoris hinc nuper redimitum tempora lauru
Philosophâ vidit, TALBMANO praeside, dignum.

Altera nunc frontem fruns ambit: Dia Poësis
quâ decorat, Vatis flagrans Te nomine dici.

Euge, bonum factum! meruit sic virvida virtus
ingenij, haut imis, primis consistere nisa.

Thejologum in stadio studio nunc pergito eodem,
Tertia palma aderit. Numero Deus impare gaudet.

M. Philippus Horstius Bruno-
poli-Saxo. συγχαίρειν ἐξ ἐδίας τε.

Quid mea dextra viris dare Mercurialibus æquū;
Quiq; poli feriunt vertice sidus, habet?

Quis potior STRUBIO virtutis & artis Amico,
Cui roris Clarij, prodiga Musa fuit?

An mea blandiloquo turget sermone Camœna?

Non, non: factorum lumine vera loquor:

Nam

Nam STRUBIUM clarant Phæbea brabîa Poetâ,
Frontibus & doctis præmia digna gerit.
Sunt hæc magna: viget nihil hisce celebrius. unde
Nil addo, nisi quod gratulor atq; beo.

M. Christoph. Girschius Fr.

ET Tu Laurigeros gestas ab Apolline fasces,
STRUBI, Poeta nobilis?

Næ meritò! benè nam tanto sub nomine vulgi
sententiam spernis rudem,

Quæ solà vatem lauru facit improba; & istud
nutu miselli Marculi.

Res misera! at tanti dictu res digna Poetæ
Et doctiore calculo.

Tu meliora sapis, nature viribus artes
Dum jungis, & scientias:

Hinc ornas Laurum, quia te quoq; Laurus ador-
Mercaris ergò cautius. (nat,

Tu modò promerit à feliciter utere palmâ,
Et hoc laboris præmium

Accipe quod cunctis digito monstraberis: ecce
Decus Poëseos novum!

M. Ernestus Hettenbachius,
V Vitteberg. al. Elector.

Præmia

PRæmia ceu quondã dederat veneranda vetultas,
Pieridum sacro de grege digna viris.
Sic, IULLI, meritò tibi fert Taubmannus honores,
Dum capiti tribuit Laureaserta tuo.
Hoc virtutis opus capias, nec cede, priusquã
Theiosophes summus contribuatur honos.
Quod precor ex animo, sacer ac tibi Spiritus adsit,
Gloria quò patriæ sis, decus atque DEI.

Henricus Julius Riemschneider
Grüningsis Saxo.

Nunc tua se, STRUBI, tollit super ardua Virtus,
Nunc poteris magnis complacuisse viris:
In quem tam largè fundunt sua dona Camæna,
In cuius cerebro constituere polcom.
Philosophi ornavit te nuper honore galeri
TAUBMANUS, Clarij Duxq̃, caputq̃ chori.
Nunc & Cæsaream laurum tibi porrigit ultrò,
Numinis auspicio, Dive RUDOLPHE, tuò;
Ac GODELMANO sic indulgente, Poëtæ
Attribuit titulum: hinc duplici honore cluis.
Ornari titulis, & sertò tempora cingi,
Res ea non multum laudis habere solet:
Vatibus asscribi at TAUBMANO iudice, tantò
Vate, eares laudis pondus habere potest.

Nempe

*Uempe tua sunt hæc virtutis, Et indolis alta
Præmia, dum cluis his, dignus honore cluis.
His sine nil tituli, nil ferta Poëtica, si vel
Monte sub Aonio Cynthius ipse daret.
Maçte his! maçte! inquam, STRUBI; decus affere
Pieridum; turpem Barbariemq; fuga. (vates
Sic tollet niveis te Gloria ad æthera pennis,
Sic te posteritas omnis in ore feret.*

Antonius Mylius Jenensis,
Thuringus.

HEENRIC-JULIUS STRAUBIADES, HAIN-
RICCOPOLITA, ET ARTIUM MAGISTER
AC POËTA CÆSAREUS.

ἀναγχαυ:

TERTIA SUB IUSTA ADSURGET LAURO (ECCE!) CORONA;
SUSPICE CHRISTJANÆ PRÆMIA MILITIÆ!

*O felix! Sophie primâ te Daphnide maçt at
TAUBMANUS, nostræ lux oculusq; Scholæ.
Altera E, ò felix magis! hoc Interprete eodem,
Pollice Apollineo nexa, Corona datur.
Quinte, felices ò felicissimus inter!
Auguror (euge!) olim tertia ferta manent.
Tertia sub justâ adsurget Lauro (ecce!) Corona!
Suspice Christjanæ præmia militiæ!
I, Mida, inauratam cessa jactare Coronam,
Laurea Mitra albis anteit auream equis.*

HIERON. SIGFRIDI Lorâ-Franci.

C

Mantua

MAntua VIRGILIO, Sulmo NASONE iuperbit,
TAUBMANNUM jaētat Leucoris alma suū.
Et meritò jaētat, quoniam vix haētenus unquam
In Linguis tantos audijt illa viros!
Ipse Magisterij TIBI qui antè trophea paravit,
Iam donat capiti Laurea ferta tuo.
Et facit, ut referas virtutis & artis honores,
Præmia cum titulis conduplicata tuis.
Nulla tibi poterat contingere gloria major,
Quàm capere à tanto tanta brabèa viro.
Henricus Decimator, Magdeb.

Saxo.

HEINERICUS JULIUS STRUBIUS SAXO,
PHILOSOPHIÆ MAGISTER.

LAURUM, POETA, Ô IURE POSCIS;
EN TIBI: SIS AGE, SIS VIRIS LUX.

VT fama fecit, mascula mens, fidem,
Nunquam quiescit, quin mage fervido
Alarum ovans ipso ad precatu
Remigio petit altiora,
Sic est; locuples testis ades STRUBI,
STRUBI, probatum TE modò vidimus
Altâ SORORUM dictitari
Voce Novemfilium Magistrum;

Et

et nunc honori huic vis comitem TIBI,
Dono POETÆ cingier adpetens,
Prædamq; bis multam reportas
Ex HELICONIadum cohorte,
Quis ergò mentem lividus in tuam,
HENRICE, ringat: LEVCORIS accinit:
LAURUM, POETA, O JURE POSCIS:
ENTIBI·SIS AGE, SIS VIRIS LUX,
Quoscunq; virtus mente Poeticâ
Diviniori nobilitat, beat,
Ut certè eris summis honorum
Omnimodum titulis triumphans,
Fax, immò sidus SAXONIÆ tuæ:
Musarum amor, cor, delitium, decus,
Et vena divina Poesis
Dispercam nisi sis futurus.
Ergo STRUBI letare ter & quater,
Lateris ultra, dum TIBI copia,
Virentium ad plenum benigno
Manat honorum opulenta cornu.
Et mox labori laurigerum caput
Committe, honorum in munera pertinax,
Ut ingeni vis ampla noti
Solis utramq; domum pererret.
Nil addam: abundè carminum & adfatim
Votorum habes, aut si petis, & Tibi
Solemni ovatu concinendo,
Vota animi dabo comprecatu,

Fortu

*Fortuna nisi ne malè dispari
Incontinentes iniiciat manus,
Et ledat herentem coronam
Crinibus, & meritum decorem.*

Nicolaus Antherus.

συνετα' ευφημῶν.

FINIS.

